1561 Legat. 26. Carl. in 12.

FACVLTATES REVERENDISSIMO DOMINO HIPPOLYTO, SANCTAE Mariæ in Acquiro Diacono, Cardinali Ferrarienſis nuncupato, in regno Frãciæ, à latere Legato per ſanctiſsimum Dominum noſtrum, D. Pium Papam quartum conceſſæ.

Et per Germanum de Magdalena in Artibus Magiſtrum literarum Apoſtolicarum eiuſdem Legationis ſcriptorem, pro primo ad prothotypum recognitæ.

PARISIIS,
Apud Ioannem Dallier, in ponte D. Michaelis, ſub Roſa candida.
1561.
CVM PRIVILEGIO.

Case
F
39
.326
156/c
THE NEWBERRY
LIBRARY

47-2035

LETTRES PATENTES

du Roy, par leſquelles entre autres choſes ledict Seigneur mande à ſa Court de Parlement, & aux gens de ſon grand Conſeil de laiſſer ledict Sieur Cardinal iouyr & vſer de ſes facultez, & de faire lire, publier & enregiſtrer en leurs Courts & ailleurs ou beſoin ſera, ſelon leur forme & teneur.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, A noz amez & feaux les gens tenans noſtre court de Parlement à Paris, Gens de noſtre grand Conſeil, & à tous noz amez iuſticiers & officiers qu'il appartiendra, ſalut & dilection. Comme noſtre treſcher & treſamé couſin le Cardinal de Ferrare, Legat de noſtre treſſainct pere

le Pape nous ayt preſenté les facultez à luy octroyées & concedées par noſtredict ſainct Pere cy attachées ſouz le contreſéel de noſtre Chancellerie, pour en iouïr & vſer en noſtre royaume, comme ont accouſtumé faire ſes autres predeceſſeurs Legatz, ſouz le bō plaiſir de nos predeceſſeurs Roys: leſquelles facultez nous auons faict voir en noſtre Cōſeil priué, dōt nous a eſté faict rapport en la preſence de noſtre treſchere & treshonorée Dame & mere la Royne, & de noſtre treſcher & treſamé oncle le Roy de Nauarre, Nous ſuppliant & requerāt à ceſte cauſe iceluy nōſtredit couſin luy dōner congé & permiſsion d'vſer de ſeſditz facultez ſelon & ainſi qu'il eſt contenu par icelles.

SCAVOIR faiſons que nous voulans auoir de plus en plus reſpect à

ce qui

ce qui nous eſt requis par noſtredict S. Pere, & luy monſtrer, & au ſainct ſiege Apoſtolique par effect l'affectiõ que nous auons de demourer en l'obeiſſance de l'Egliſe, cõme premier & aiſné filz d'icelle, & enſuyure en ceſt endroit les veſtiges de noz predeceſſeurs Roys: & auſsi pour l'aſſeurãce que nous auõs que noſtredict couſin le Cardinal de Ferrare ſçaura biẽ ſyncerement & prudẽment vſer deſdictes facultez au contentement de nous, & au ſoulagement de noz ſubiectz, & pouruoir par ſes bons ſens, vertus, integrité & grãde experience, aux abus qui peuuẽt auoir eſté cy deuant commis en l'exercice des precedentes Legations, pour la ſinguliere amour qu'il nous porte, & le grand zele qu'il a de long temps, au bien & proſperité de noz affaires, & au repos

public de noſtre Royaume. Ne voulans en ceſt endroict qu'il ſoit pirement traicté & honoré qu'ont eſté ſes predeceſſeurs Legatz en ceſtuy noſtre Royaume: mais encore mieux ſ'il nous eſt poſsible, attendu meſmement les longs, agreables & treſrecommandables ſeruices qu'il a des long temps faictz aux feuz Roys noz ayeulz pere & frere, & à nous depuis noſtre aduenement à la Couronne.

POVR CES CAVSES & autres bõnes & iuſtes conſiderations à ce nous mouuans: apres auoir eu (ſur ce) l'aduis de noſtredicte Dame & mere, de noſtredict oncle le Roy de Nauarre, & des autres Princes de noſtre ſang, & gens de noſtredict Conſeil eſtans lez nous, A iceluy noſtredict Couſin le Cardinal de Ferrare auons permis & octroyé, & de noſtre certaine

ſcience,

ſcience,pleine puiſſance & auctorité Royal, permettons & octroyons par ceſdictes preſentes, qu'il puiſſe & luy loyſe vſer en ceſtuy noſtredit Royaume,& pays de noſtre obeiſſance, deſdictes puiſſance & facultez à luy octroyées par noſtredict ſainct pere le Pape, comme ont cy deuant faict ſes predeceſſeurs Legatz.

SI VOVLONS & vous mandons & à chacun de vous endroict ſoy, & ſicomme à luy appartiẽdra, que ſuyuant noz preſens congé,permiſsion, & octroy,vous faictes,ſouffrez & laiſſez iceluy noſtredict couſin,iouïr & vſer dẽ ſeſdictes puiſſance, & facultez,ſelõ leur propre forme & teneur, Et icelles emologuer,& faire lire,publier, & enregiſtrer en noſtredicte Court,& grãd Conſeil, & ailleurs ou beſoin ſera: Car tel eſt noſtre plaiſir.

Nonobſtant quelzconques Edictz & Ordonnances au cõtraire. Auſquelz Edictz & Ordonnances nous auons de noz puiſſances & auctorité que deſſus (& ſans preiudice d'iceux, en autres choſes) derogé & derogeons par ceſdictes preſentes. Donné à ſaĩct Germain en Laye, le vingtneufieſme iour d'Octobre, l'an de grace mil cinq cens ſoixãte & vn, & de noſtre Regne le premier. Et au deſſouz ſont eſcriptz ces motz, Par le Roy eſtant en ſon Conſeil, Et plus bas, Signé de Laubeſpine, Et ſéellé du grand ſéel en cire iaulne ſur ſimple queüe.

ELENCHVS CVM SVMMARIIS SINGVLORVM IN his facultatum literis contentorum, quorum tibi monſtrat cipharæ numerus ſuo quoque loco notatus, per eundem G. D. M. compilatus.

Directio & titulus facultatum. Fo. 1.
Prohœmium facultatum. 2
Cauſa legationis. 2
Legatus ad familiares & quaſcunque perſonas vndecunque ad ſe confluentes poteſt reddere gratioſum. 3
Facultas audiendi & committendi Matrimoniales & Beneficiales, ac alias quaſcunque eccleſiaſticas cauſas. 3
Poteſtas citandi & ſequeſtrandi. 4
Cauſas quaſcunque ad ſe euocandi & committendi. 4
Aduerſus fatalia & quaſcunque ſententias reſtituendi. 4
Tabelliones & Notarios creandi. 5
Baſtardos legitimandi. 6
Milites auratos, Comitéſque Palatinos, & Poëtas laureatos creandi. 7
Ad Bacchalaureatum Licentiaturam & Doctoratum, ac Magiſtratum, etiam in Theologia, ac Artibus & Medicina quoſcunque idoneos promoueri faciendi. 7
Cum priuilegiis aliorum ſit promotorum. 7

DISPENSANDI.

Cum ſecularibus nobilibus & graduatis (etiam illegitimis) ad quæcunque duo beneficia ſecularia. 8
Et cum quibuſcunque ad duo diſſimilia 8
Et cum Regularibus (non Mendicantibus ad duo regula-

ria, diſſimilia. 8
Cum illegitimis, etiam Nobilibus, vel graduatis, vt ad omnes ordines promoueri, & beneficia eccleſiaſtica retinere poſſint. 9
Cum minoribus vt in 9. Collegiatarum, & in 12. Cathedralium, etiam Metropolitanarum Eccleſiarum, Canonicatus & præbendas. 10
Ac tam ſecularibus quàm regularibus, vt in 23. ſuarum ætatum annis conſtituti, ſeculares videlicet ſeculare, regulares verò regulare beneficium curatum obtinere poſſint. 10
Cum Mendicantibus, profeſſoribus, graduatis, vel exemplaris vitæ, vt vnum curatum ſeculare beneficium obtinere poſſint. 11
Cum minoribus, vt ſi in 17. ad Subdiaconatũ, & in 19. ad Diaconatum, ac ſi regulares in 22. ſi ſeculares vero ad hoc ratione beneficiorum ſuorum arctati, & in 24. ſuarum ætatum annis conſtituti ad ordines promoueri poſſint. 12
Cum quibuſuis, vt à quocũque Antiſtite in duobus dominicis, vel feſtiuis diebus, etiam extra tempora, & in vno die, ad duos ordines promoueri poſſint. 12
Cum beneficiatis, vt nec ad annum, nec (fauore ſtudij) ad quinquennium promoueri poſſint. 13
Diſpenſatorum annum promotionis ad ſex menſes, & quinquennium ad annum prorogandi. 13
Cum coniunctis tertio aut quarto, vel tertio & quarto conſanguinitatis vel affinitatis gradibus. Et cõpaternitate detentis vt matrimonium contrahere poſſint. 14
Cum illegitimis vt in ſuis impetrationibus Apoſtolicis baſtardiam ſubticeant. 15

De fru-

De fructibus beneficiorum percipiendis in abſentia ad quinquennium fauore ſtudij. 16

INDVLTA.

Reſidendi in altero nobiliori beneficio. 16

Altare portatile pro nobilibus aut graduatis vel presbyteris concedendi. 17

Celebrandi miſſam ante diem. 17

Eligendi confeſſorem. 18

Recitandi horas ad vſum Romanum. 19

Secularibus aut regularibus presbyteris, vt Eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valeant. 20

Mulieribus honeſtis ſecularibus, vt quacunque monaſteria & domos monialium intrare poßint. 21

Rectoribus parochialium, vt ſuos parochianos ab omnibus eorum peccatis ordinariis locorum tãtum reſeruatis abſoluere. 22

Et vota eorum commutare. 23

Secularibus & regularibus, vt ſanctum Sepulchrum, & alia pia terræ ſanctæ loca viſitare poßint. 24

Comedẽdi butyrum & caſeum in quadrageſima, & carnes in neceßitate. 25

Relaxandi iuramenta. 26

Abſoluendi à periurio. 27

Abſoluendi ab homicidio caſuali. 28

DISPENSANDI.

Cum homicidio ad ordines & beneficia, & ad priſtinam eorum famam reſtituendi. 28

Super irregularitate. 28

ABSOLVENDI.

Male promotos, & cum eis diſpenſandi. 29

Symoniacos abſoluendi. 30

Et cum illis ſuper irregularitate diſpẽſandi, & eis de nouo beneficia conferendi. 30

Indulgendi eis qui contra extrauagan. c. execrabilis beneficia incompatibilia poſsident, & fructus eorum percipiunt, & beneficia eis de nouo conferendi. 31

ABSOLVENDI.

Non promotos, qui pacificè vltra annum beneficia ſacerdotum requirentia poſſederunt, & eis de nouo beneficia ſic detenta conferendi. 32

Omnes qui manus violentas in clericos vel presbyteros iniecerunt. 33

Eos qui bellis interfuerunt, rapináſque, ſacrilegia, furta, & alia facinora commiſerunt. 34

Eos qui horas canonicas omiſerunt, & debito tempore non recitauerunt. 35

Apoſtatas ab omni irregularitate abſoluendi. 36

DISPENSANDI.

Cum quibuſuis ſuper quacunque irregularitate (præterquam homicidij voluntarij, aut bigamiæ) & eos reſtituendi ad omnes ordines ac ad beneficia ſine cura. 37

Cum homicidis, & qui ſcripſerunt in criminalibus. 37

Inquirendi & procedendi contra falſarios, ſciſmaticos, hæreticos, vſurarios & raptores, ac alios flagitioſos, & eos puniendi. 38

Contradictores compeſcendi. 38

Brachium ſeculare inuocandi. 38

Reſipiſcentes & pœnitentes ab eorum criminibus & ſententiis abſoluendi, & eos reſtituẽdi & habilitãdi. 38

Cũ vſurariis ſuper male ablatis incertis diſpẽnſandi. 38

Quaſcunque Eccleſias & Monaſteria, Domos, Vniuerſitates & Collegia, ac pia lo͂ca, etiam exempta viſitandi, & reformandi. 39

Statuta quæcunque & ordinationes Eccleſiarum, Vniuerſitatum, & Studiorũ generalium, Monaſteriorum Ordinum, & Conuentuum confirmandi & reformandi. 40
Accolytos, Capellanos, & Notarios, ſedis Apoſtolicæ (cũ ſimilibus aliorum priuilegiis) creandi. 41
Teſtandi licentia, Prælatis & aliis Eccleſiaſticis, vtriuſque ſexus perſonis ſecularibus & regularibus. 42
Conſeruatoriam ad vitam eiſdem prælatis & perſonis, ac familiaribus concedendi. 43
Reſignationes, ceßionéſque iurium, & commendarum, beneficiorũ ſuorum familiarium ſimplices, & cauſa permutationis per Ordinarios ſeu Canonicos, aut perſonas Eccleſiaſticæ dignitatis admittendi, & beneficia ipſa conferendi, eu commendandi licentiã concedendi. 44
Reſignationes beneficiorum etiam litigioſorum (etiam ſedi Apoſtolicæ reſeruatorum) ceßionéſque iurium & commendarum ſimplices vel ex cauſa permutationis recipiendi & admittendi. 46
Cauſas & lites ſuper ceßionibus iurium, & commendarum, beneficiorum ad ſe de conſenſu partium euocandi, & extinguendi. 47
Vniones quaſcunque diſſoluendi. 48
Reſignationes beneficiorum ſimplices, vel ex cauſa permutationis admittendi. 48
Conferendi beneficia, tam ſecularia, quàm regularia, per reſignationes, etiam cauſa permutatis, aut iurium, vel commendarum ceßiones, etiam per obitum & vnionis diſſolutionem, aut alias quouis modo extra Romanam curiam vacantia. 49
Quibuſcũq; etiã familiaribus de beneficiis vacãtibus, dũmodo ipſa per obitũ vacantia, ſedi apoſtolicæ, ratione fami

liaritatis & continuæ commenſalitatis Papæ aut Cardinalium, reſeruata non ſint prouidendi. 49
Secularia quæcunque, etiam de iure patronatus exiſtentia ac quaſcunque dignitates & alia beneficia, etiam regularia & manualia perſonis idoneis quæcunque beneficia obtinentibus ſecularibus regularibus conferẽdi. 49
Monaſteriis omnibus, non taxatis, aut 200. florenos auri de camera non excedentibus quomodolibet vacantibus, de Abbatibus & Abbatiſsis prouidendi. 50
Commendandi Monaſteria, Prioratus, & alia beneficia commendari ſolita. 51
Prohibitio alienationis bonorum beneficiorum commendatorum. 51
Surrogandi quaſcunque perſonas (non intruſas) in omni iure cedentium vel defunctorum. 52
Admittendi ad proſecutionem iuris, cedentis vel defuncti. 52
Clauſula ſi neutri & gratificationis. 52
Vniendi beneficia. 53
Erigendi Canonicatus & præbẽdas, aut dignitates, &c. aliaque beneficia in Cathedralibus, etiam Metropolitanis, vel collegiatis Eccleſiis. 54
Ac parochiales, & alias eccleſias in collegiatas & Monaſteria. 54
Erigendi Oratoria, Confraternitates, Hoſpitalia, & Eleemoſynarias. 55
Cum ſtatutis ordinationibus & decretis. 55
Executionem teſtamentorum prorogandi. 56
Teſtamenta commutandi. 57
Concordias & in eis contenta confirmandi. 58
Canonicos ſupernumerarios ad effectum obtinendi, dignitates

tates creandi. 59
Ad ſententiarum executoriarum vbicunque latarum executionem illos in quorum fauorem, reſignationes vel ceßiones fiant admittendi, ſeu admitti faciendi & mandandi. 60
Verum & vltimum vacationis modum, &c. pro expreſſo habendi. 61
Penſiones annuas medietatem fructuum beneficiorum non excedentes aßignandi. 52
Penſiones ad ſucceſſores tranſeuntes. 63
Fructus beneficiorum pro penſione reſeruandi. 54
Regreſſus & acceſſus ad beneficia reſignata, ſeu permutata, aut iura eorum ceſſa, ob non ſolutionem penſionis, ſeu illius inualidam aßignationem, concedendi. 65
Penſiones illas caſſandi & extinguendi. 66
Penſiones in alias transferendi perſonas. 67
Literas penſionis ſic tranſlatæ, pro intimatis habēdi. 68
Abſoluendi ad effectum prouiſionum quaſcunque perſonas à quibuſuis excommunicationis, &c. 69
Beneficia obtenta pro ſufficienter expreßis habendi ſub clauſula, necnon omnia, &c. 70
Suſpendendi quaſcunque gratias expectatiuas, ſpeciales reſeruationes, vniones, nominationes, nominandi & conferendi facultates & mādata Apoſtolica per Papam vel ſedem Apoſtolicam, aut eius legatos in fauorē quaruncūque perſonarum etiam Cardinalium factas. 71
Indulgentias decem annorum, &c. in tribus diebus concedendi. 72
Indulgentias ſtationum vrbis Romæ concedendi. 73
Transferendi quaſcunque perſonas de monaſterio, ſeu prioratu ad aliud monaſterium ſeu prioratum. 75

Fundandi, & dotandi Eccleſias, & Monaſteria, reſeruato iure preſentandi, licentiam concedendi. 76
Locationes, & alienationes, ſeu permutationes bonorũ immobilium Eccleſiæ. In ipſius vtilitatem factas, confirmandi. 78
Iurepatronatus laicorum derogandi. 79
Omnia quæ maior Pœnitentiarius facere, mandare, ordinare, & decernere poteſt faciendi, mandandi, ordinandi & decernendi. 80
Regulares vt redeant ad ſeculum. 80
Dubia ſuper facultatum verbis & illorum articulis exorta declarandi. 81
Legatus vbicũque ſe receperit poteſt ſua vti legatione. 82

DEROGANDI.

Omnibus conciliorum conſtitutionibus. 83
De XX. diebus & veriſimili notitia obitus & omnibus aliis Cancellariæ Apoſtolice Regulis. 84
Statutis, & conſuetudinibus omnium Eccleſiarum, Monaſteriorum, ordinum, vniuerſitatum & collegiorũ. 84
Priuilegiis quoque indultis & literis Apoſtolicis, quibuſcunque Eccleſiis Monaſteriis & ordinibus conceſſis. 85
Clauſulæ generales in prouiſionibus & commendis apponi ſolitæ. 86
De fide adhibenda tranſſumptis litterarum facultatum huius legationis etiam impreſſis ſicut originali. 87

FINIS INDICIS.

PIVS EPISCOPVS I. ſeruus ſeruorũ Dei, dilecto filio Hippolyto ſanctæ Mariæ in Aquiro, Diacono, Cardinali Ferrarieſi nuncupato, ad chariſsimũ in Chriſto filium noſtrum Carolum Frãcorum regem Chriſtianiſsimum, & totum regnũ Franciẹ, necnon vniuerſas prouincias, ciuitates & terras eidem Carolo Regi, quomodolibet ſubiectas, ac quæcunque alia loca ad quæ eum declinare contigerit, noſtro & Apoſtolicæ ſedis Legato de latere, ſalutem & Apoſtolicã benedictionẽ. *Salutatio* *Directio.*

2 Cùm nos hodie te ad chariſsimũ *Proœmiũ.*

in Chriſto filium noſtrum Carolum Frácorum Regem Chriſtianiſsimum, & totum regnum Franciæ, ac vniuerſas prouincias, ciuitates & terras eidé Carolo Regi quomodolibet ſubiectas, & quæcũque alia loca ad quæ te
Cauſa. declinare contigerit, pro reipublicæ ac religionis Chriſtianæ, & noſtris ac ſedis Apoſtolicæ arduis negotiis noſtrum, & eiuſdem ſedis Legatum, de latere ad Dei laudem, & catholicę Ecclesiæ exaltationẽ, hæreſeúmque extirpationem, de fratrum noſtrorum conſilio duxerimus deſtinandum.

Effectus. 3 Nos cupientes vt erga perſonas regni, prouinciarũ, ciuitatum terrarum & locorum huiuſmodi, etiam ad quę te declinare contigerit, vt præfertur, alióſque ad te vndecunque confluentes & veniẽtes, vbicũque domicilium habeant, & vndecũque originem trahant,

hãt, necnon familiares cõtinuos,cõmenſales tuos,ac tuis obſequiis inſiſtentes, aut aliâs tibi mediatè vel immediatè ſeruientes,te reddere poſsis gratioſum circunſpectioni tuæ, de qua in his & aliis plenam in domino fiduciam obtinemus. *Fauor & gratia quibus.*

4 Quaſcunque cauſas matrimoniales,beneficiales,& alias Eccleſiaſticas, ſpirituales & prophanas: ciuiles,criminales,& mixtas: ad forum eccleſiaſticũ quomodolibet pertinentes,per viam ſimplicis querelæ, & quarumcunque, tam primæ quàm ſecundæ, & vlterioris inſtantiæ appellationũ, à quibuſcũque iudicibus ordinariis & delegatis,etiã ad nos & ſedem prædictam, ſeu quoſcunque alios, etiam de latere legatos, & iudices pro tempore interpoſitarum, & durante tua legatione interponendarum, etiam *Lites & cauſæ pro reſcriptis.*

ſummariè,ſimpliciter & de plano,ſine ſtrepitu & figura iudicij,ſola facti veritate inſpecta,per te vel alium,ſeu alios,audiendi, & fine debito terminãdi, ac aliis per eos (vt præfertur) & etiam cum poteſtate citandi & inhibendi, etiam per edictum publicum conſtituto ſummariè & extrà iudicia liter de nõ tuto acceſsit, ac etiam ſub cẽſuris & pœnis eccleſiaſticis, & etiã pecuniariis, tuo vel delegatorũ tuorum arbitrio moderandis & applicandis.

Citandi poteſtas. *Edictum publicum.* *Procedẽdi modus.*

Ac cenſuras & pœnas ipſas, etiam iteratis vicibus aggrauandi, Interdictum eccleſiaſticum relaxandi, auxilium brachij ſecularis inuocandi.

Sequeſtra. Ac ſequeſtra iuxta formã Concilij Viennenſis decernendi.

Fatalia. Et quatenus opus ſit,aduerſus quęcunque fatalia reſtituendi, audiẽdas

&

& ſine debito terminādas delegandi, illáſq; etiā ſi per nos aut alios auctori tate Apoſtolica delegatæ fuerint, ſeu alias corā quocūque pepēderint, cùm tibi placuerit ad te aduocandi, & (vt præfertur) audiendi, ſinéque debito terminādi, ſeu aliis cū ſimili aut limi tata poteſtate, etiā audiendas & ſine debito terminandas committendi & delegādi: ac quaſcunq; perſonas aduerſus quaſlibet ſententias & rē iudicatā, ac contractus & læſiones in integrū (prout iuris fuerit) reſtituendi. *Reſtitutio in integrū.*

5 Necnon quoſcunque Notarios & Tabelliones publicos, ac iudices ordinarios, recepto priùs ab eis ſolito iuramento, creandi & iuſtituendi. *Creatio Notariorum. & Tabellionum.*

6 Ac etiam quoſcunque vtriuſque ſexus ſpurios, manſeres & baſtardos, ex quocūque illicito & damnato coitu, diſiunctiuè ſeu copulatiuè, ita vt *Legitimādi facultas.*

ad paternas & alias ſucceſsiones quo rumcunque bonorum, etiam feudalium, emphitheoticorũ, etiam eccleſiaſticorum, & quorumlibet aliorum admitti, & ſine præiudicio illorum quæ ab inteſtato ſuccedere deberẽt, ſuccedere, & ad dignitates, magiſtratus atque officia publica & priuata recipi, illáq; gerere & exercere poſsint, ac ſi verè & de vero legitimo matrimonio procreati eſſent, legitimandi, omnémque ab eis geniturę maculam abolendi, & eos ad primæua legitima naturæ iura reſtituendi & reponẽdi.

7 Ac Milites auratos, Comitéſq; Palatinos, necnon Poëtas laureatos, & perſonas ſufficientes & idoneas ad Baccalariatus Licentiaturę, & Doctoratus, ac magiſterij, cæteróſq; gradus in vtroque vel altero iuriũ ac Theologia, necnon artibus & Medicina promo-

promouendi, eíſque inſignia ſolita conferendi & exhibendi,ſeu exhiberi & conferri faciendi. Quódque omnibus & ſingulis gratiis, priuilegiis, libertatibus,immunitatibus,exēptionibus & indultis,quibus alii milites, aurati,Poëtæ laureati,& Comites,etiā per nos & ſedem prędictam creati & inſtituti,necnon ad huiuſmodi gradus in vniuerſitate ſtudiorū generaliū,iuxta illorū ritus & mores, ac ſeruatis,ſeruandis promoti vtuntur,potiuntur & gaudēt,ac vti, potiri & gaudere poterūt,quomodolibet in futurum vti,potiri & gaudere liberè & licitè poſsiſint & debeāt indulgendi.

8 Ac cùm verè nobilibus, aut in aliqua vniuerſitate famoſa ſtudij generalis ſeu collegio approbato graduatis,etiam ſi taliter graduati defectum natalium ex quocūque illicito coitu

Diſpenſandi ad duo.

patiantur. Necnon cum aliis de genere verè nobili illegitimè procreatis, vt quicũque duo Curata ſeu aliâs inuicem incompatibilia beneficia Eccleſiaſtica etiam ſi parochiales Eccleſiæ vel earum perpetuæ vicariæ, quæ ab inuicem vltra vnam dietam non diſtent, aut dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia in cathedralibus, etiam metropolitanis, vel collegiatis, & dignitates ipſæ in cathedralibus, etiã metropolitanis, poſt pontificalesmaiores, aut collegiatis eccleſiis, huiuſmodi principales, ſeu talia mixtim, & tã cum omnibus eiſdem, quàm quibuſcunque aliis, non nobilibus, nec graduatis, ac etiam defectum natalium huiuſmodi ex quibuſcunque patientibus, vt quęcunq; duo diſsimilia vel ſimplicia ſimilia, ſub vno vel duobus tectis dictarum,

Cum ſecularibus.

aut

aut quarumcunque aliarum eccleſiarum conſiſtentia, etiam ſi alterum eorum cum cura aut canonicatus & prębenda, ſeu dignitas, etiam ſi maior & principalis aut perſonatus adminiſtratio vel officium.

Ac cũ quibuſuis, non tamen mendicantiũ ordinum regularibus ſimiliter de genere verè nobili procreatis aut graduatis, vt quęcunq; duo ordinis, cuius illi fuerint beneficia eccleſiaſtica, cum cura vel ſine cura, regularia, etiã ſi prioratus, præpoſituræ, præpoſitatus, dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia, aut parochiales eccleſiæ, vel earum perpetuæ vicariæ, per regulares obtineri ſolitę, ſeu etiã talia mixtim fuerint, & ad dignitates, perſonatus, adminiſtrationes, vel officia prædicta, tã ſecularia quàm regularia cõſueuerint, qui per *Cum religioſis.*

electionẽ aſſumi, eiſque cura immineat animarũ, ſi eis aliâs canonicè cõferantur aut eligãtur, præſentẽtur vel aliâs aſſumantur ad illa, ſeu inſtituantur, in eis recipere, & inſimul quoad vixerint ſeculares videlicet ambo in titulũ, regulares verò vnum ex regularibus beneficiis huiuſmodi, quod maluerint, etiam ſi prioratus, præpoſitura, vel alia dignitas conuentualis, aut officium clauſtrale fuerit, ſimiliter in titulum, & cum eo reliquum quod dignitas conuentualis aut officium clauſtrale non ſit, in commendam retinere.

Promouendi nothos.

9 Necnon cum quibuſcunque patientibus defectũ natalium huiuſmodi, vt ad omnes etiã ſacros & presbyteratus ordines promoueri, ac quæcunque, quotcunque & qualiacũque beneficia eccleſiaſtica, cũ cura & ſine cura,

cura,ſe inuicem compatientia, etiam ſi parochiales eccleſiæ,vel earum perpetuę vicarię,aut canonicatus, & prębendæ dignitates in cathedralibus, etiam metropolitanis,vel collegiatis eccleſiis huiuſmodi,ac aliâs,vt pręfertur,qualificata fuerit,dummodo ſi illegitimi ex patre nobili geniti, vel graduati non extiterint, dignitates ipſæ in metropolitanis vel aliis cathedralibus poſt pontificales maiores, aut in collegiatis eccleſiis huiuſmodi principales non ſint.

10 Et cum patiētibus defectū ętatis, ad effectū prouiſionis per te faciēdæ tantum vt in nouo collegiatarum,& in duodecimo cathedralium, etiam metropolitanarū Eccleſiarum Canonicatus & præbendas, ac tam ſecularibus quàm regularibus, vt in vigeſimo tertio ſuarum ætatum annis con *Super defectu ætatis.*

ſtituti, ſeculares videlicet ſeculare, regulares verò regulare, quodcunque curatum, vel aliâs incompatibile beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi ſeculare, dignitas, perſonatus, admi niſtratio, vel officium in cathedrali, etiam metropolitana, aut collegiata, & dignitas ipſa in cathedrali, etiam metropolitana poſt pontificalē maior aut collegiata eccleſia huiuſmodi principalis ſeu parochialis eccleſia, vel eius perpetua vicaria fuerit, & ad dignitatem, perſonatum, adminiſtrationem, vel officium tam ſeculare quàm regulare huiuſmodi conſueuerit, quis per electionem aſſumi, eíque iuria immineat animarum.

Cum mēdicantibus ad vnum curatum ſecularē.

11 Necnon cum quorumcunque ordinum mendiciātum profeſſoribus ſi graduati & aliâs vitæ exemplaris fuerint, & tibi pro ſalute animarum

paro-

parochianorum expedire videbitur, vt vnum curatum ſeculare beneficium Eccleſiaſticum, etiam ſi parochialis Eccleſia vel eius perpetua vicaria fuerit, ſi eis per te tunc conferatur, ſimiliter recipere & retinere.

12 Quódque in decimoſeptimo ad ſubdiaconatus, & in decimonono ad diaconatus, ac in vigeſimo ſecundo ſi regulares fuerint, & ad id ſuperiorum ſuorũ licentia acceſſerit, alii verò in vigeſimo quarto ſuarũ ætatũ annis ſi ratione beneficiorũ Eccleſiaſticorum per eos obtentorum arctati fuerint, vel ſufficientem titulum beneficii habuerint, ad presbyteratus ordines, & tam ipſi quàm quicũq; alij in ætate legitima conſtituti, ſufficientem titulum beneficij habentes, promoueri volentes, vt ad omnes ordines prædictos, & ſi arctati fuerint (vt

Promouendi infra xxiiij. ann.

prȩfertur) etiã extra tẽpora à iure ſtatuta, quibuſuis diebus dominicis vel feſtiuis: & ſi neceſsitas vel perſonarum qualitas exegerit, ad duos ex ſacris ordinibus prædictis eodem die, etiam à quocunque maluerint, catholico antiſtite gratiam & communionem prȩditæ ſedis habente de licentia ſui Diœceſani vel eius Vicarij, aut officialis promoueri liberè & licitè valeant.

13 Quódque obtinẽtes beneficia, curata, ſeu alios ſacros, & presbyteratus ordines huiuſmodi, tam à iure quàm ex ſtatuto, fundatione, vel aliâs requirentia, vt ratione illorum ad annum, vel ſi literarum ſtudio in loco vbi illud vigeat generale inſtiterint, ad quinquẽnium à fine anni eis à iure præfixi computandum, ad ordines huiuſmodi, dummodo infra primum

De non promouendo ad annũ.

Ad quinquẽnium.

mum

mum dicti quinquennij bienniū dictum ſubdiaconatus ordinem ſuſcipiāt ſe promoueri facere minimè teneantur, nec ad id à quoquam quauis auctoritate inniti valeant, coarctari diſpenſandi, & cum taliter diſpenſatis annum ad ſex menſes & quinquēnium huiuſmodi ad annum nec vltra prorogandi.

Prorogandi quinquenniū.

14 Ac etiam cum quibuſuis perſonis tertiò aut quartò, vel tertiò & quartò mixtim, etiam multiplici conſanguinitatis vel affinitatis gradibus inuicem coniunctis, & quocunq; impedimento publicę honeſtatis iuſticiæ, vel cognationis ſpiritualis, nō tamen inter leuantem & leuatum, aut cum his qui per adulterium ſe polluerint dummodo in mortem defuncti coniugis quicquam machinati non fuerint, vt inuicem matrimo-

Matrimoniales diſpenſationes

nialiter copulari poſsint,& in iã contractis per eos ſcienter vel ignorãter matrimoniis huiuſmodi cum abſolutione à cenſuris & pœnis, quas ſic etiam ſcienter contrahendo incurrerint remanere, ſeu illud de nouo contrahere poſsint,etiam diſpenſandi prolem exinde ſuſceptam legitimam decernendi.

15 Ipsiſque defectum natalium patientibus,vt in quibuſcunque impetrationibus,diſpenſationibus,cõceſſionibus,gratiis, indultis,& literis Apoſtolicis,quàm aliis gratiam & iuſti tiam vel mixtim concernentibus,per eos ſeu eorum nomine, à ſede Apoſtolica vel illius legatis,aut aliis qualitercunque impetrandis,vel ſibi etiã motu proprio concedendis, nullam de defectu natalium huiuſmodi & diſpenſationibus eis deſuper conceſ

Tacendi baſtardiã.

ſis

ſis mentionem facere teneantur, nec propterea diſpēſationes,impetrationes,conceſsiones,gratiæ,indulta & literæ poſtmodum impetratæ de ſurreptionis vel nullitatis vitio,aut defectu intentionis notari poſsint,ſed validæ & efficaces exiſtant,atque eis ſuffragentur,ac ſi in eis de defectu & diſpenſatione prædictis expreſſa mētio facta fuiſſet.

16 Necnon quibuſcunque perſonis eccleſiaſticis,ſecularibus & regularibus,vt literarum ſtudio in loco vbi illud vigeat generale ad quinquennium aut tuis ſeu Regū, vel aliorum magnorum Principum ſeruitiis inſiſtendo,quandiu ſic inſtiterint, vel in altero æquali vel digniori beneficiorum per eos pro tempore obtentorū reſidendo,etiam quoad vixerint,fructus,redditus & prouentus omnium *Percipiendi fructus in abſentia.*

& ſingulorum beneficiorum eccleſiaſticorum,cum cura & ſine cura,etiam (vt præfertur) qualificatorum, quæ in quibuſuis Eccleſiis ſiue locis pro tempore obtinebunt, cum ea integritate, diſtributionibus quotidianis duntaxat exceptis,liberè percipere valeant,cum qua illos præciperent ſi in eiſdem Eccleſiis ſiue locis perſonaliter reſiderent, & ad reſidendum interim in eiſdem minimè teneātur, nec ad id à quoquam inuiti valeant coarctari.

Prouiſo quòd beneficia prædicta debitis propterea nòn fraudentur obſequiis, & animarum cura in eis quibus illa imminebit nullatenus negligatur,ſed per bonos & ſufficiētes Vicarios quibus de ipſorū beneficiorū prouentibus neceſſaria congruè miniſtrentur,diligenter exercea

tur

tur,& deſeruiatur inibi laudabiliter in diuinis.

17 Ac quibuſcunque perſonis nobilibus vel graduatis,aut in ſacerdotio conſtitutis, vt liceat eis habere Altare portatile,cum debitis reuerentia & honore,ſuper quo in locis ad hoc cõgruentibus & honeſtis, etiam non ſacris,ſine alieni iuris præiudicio,& cùm qualitas negotiorum pro tempore ingruentium exegerit,etiam antequàm eluceſcat dies, circa tamen diurnam lucem, ita quod id eis aut ſacerdoti taliter celebranti, ad culpam nequeat imputari.

Altare portatile.

Ante diẽ.

Et cùm ad loca quæcunque interdicto Eccleſiaſtico, etiam apoſtolica authoritate prædicta ſuppoſita, eos contigerit declinare, in illis clauſis ianuis , excommunicatis & interdictis excluſis,non pulſatis cãpanis,

Celebrandi Miſſam in honeſto loco.

& ſubmiſſa voce poſsint, etiam per ſeipſos, ſi presbyteri fuerint, aut per proprium vel alium ſacerdotẽ, Miſſas & alia diuina officia, etiam in familiarium ac domeſticorum ſuorum præſentia, celebrare, & celebrari facere: dummodo ipſi vel illi cauſam non dederint huiuſmodi interdicto, nec id ipſis vel illis cõtigerit ſpecialiter interdici: prouiſò etiam quòd huiuſmodi conceſsione ante diem celebrandi & celebrari faciẽdi parcè vtãtur: Quia cùm in altaris miniſterio immoletur dominus noſter Ieſus Chriſtus Dei filius, qui candor eſt lucis æternæ, cõgruit hoc non noctis tenebris fieri, ſed in luce.

Eligendi confeſſorẽ. 18 Ac quibuſcunque perſonis vt confeſſorem ſeu confeſſores idoneos eligere poſsint, qui eos & eorũ quemlibet iuxta formam in quinterno

no dictæ Cancellariæ annotatam, abſoluere.

19 Necnon quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis ſecularibus, vt quoad vixerint, & quoties eis placuerit, per ſeipſas, aut cum vno vel duobus presbyteris ſeu clericis ſociis, ſeu familiaribus ſecularibus, horas canonicas, diurnas & nocturnas, ac alia diuina officia ſecundum vſum & morem Romanæ Eccleſiæ, etiam ritu Breuiarii nouiter editi, extra tamē chorum eccleſię, dicere & recitare liberè & licitè valeant, & ad alium ſuper hoc obſeruandum vſum, etiam ratione beneficiorum per eas obtentorum, minimè teneantur, nec ad id cōpelli poſsint, indulgendi. *Recitandi horas ad vſum Romanum.*

20 Quódque quilibet ſacerdos aut religioſus eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrare valeat, iure parochialis *Ad miniſtrādi ſacramēta per ſeculares & Religioſos.*

Eccleſię,& cuiuſlibet alterius,in omnibus ſemper ſaluo,concedendi.

Viſitandi Monaſteria Monialiũ.

21 Ac quibuſcunque mulieribus honeſtis vt quæcunque Monaſteria & domos Monialium quarumcunque, etiam Obſeruantiæ regularis, exempta & non exempta,quomodocunque recluſa, cum aliquibus matronis, etiam honeſtis, de conſenſu eorum qui dictis Monaſteriis & domibus præfuerint, dummodo inibi non pernoctent, deuotionis cauſa, bis aut pluries in anno,prout ſibi videbitur,ingredi valeant.

Abſoluẽdi Parochianos.

22 Ac Rectoribus parochialium Eccleſiarum, & aliorum beneficiorum eccleſiaſticorum,curatorũ, vt per ſeipſos tantùm,quoſcunque parochianos eorum vtriuſque ſexus, ab omnibus & ſingulis eorum peccatis & criminibus in caſibus in quibus Ordina

rij locorum de iure vel cõſuetudine abſoluere poſſunt,& in illis quę Sedi prædictæ reſeruata non fuerint, abſoluere.

23 Ac vota quæcũque per eos omiſſa, præterquam Sedi prædictę reſeruata, in alia pietatis opera commutare. *Cõmutandi vota.*

24 Necnon quibuſcũque perſonis vtriuſque ſexus ſecularibus, etiam eccleſiaſticis, necnon Religioſis, etiam Mendicantibus, quæ zelo deuotionis accẽſæ ſepulchrum Dominicum & alia pia loca & oratoria terræ ſanctæ deſiderant perſonaliter viſitare, quibuſuis prohibitionibus Apoſtolicis in contrariũ factis non obſtantibus, Sepulchrum & alia loca prædicta viſitare. *Viſitandi ſanctum ſepulcrum.*

25 Et vt quicunque butyro & caſeo de alterius, infirmi verò de vtriuſq; Medici cõſilio, carnibus temporibus *Comedẽdi butyrum, caſeum, carnes.*

prohibitis licitè veſci & vti valeant, indulgendi.

Relaxandi iuraměta. 26 Ac quæcunque iuramenta ad effectum agendi, ac etiam ſimpliciter, vt tibi videbitur, dummodo alicui exinde præiudicium non fiat, relaxandi.

Abſoluēdi à periurio. 27 Et quoſcunque qui periurij reatum incurrerint, ab illo abſoluendi, & ad priores honores, ſtatum, & famam reſtituendi, ac plenariè reintegrādi, omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam præmiſſorum occaſione contractam penitus abolendi.

Ab homicidio. 28 Necnon quaſcunque perſonas eccleſiaſticas, quæ homicidij caſualis reatũ incurrerint ſi hoc à te humiliter petierint, ab huiuſmodi exceſsibus ac homicidiorum reatibus ac excommunicationis, aliiſque Eccleſia

ſticis

ſticis ſententiis, cēſuris,& pœnis propterea quomodolibet incurſis,auctoritate noſtra, etiam in vtroque foro abſoluendi,in forma Eccleſiæ cōſueta,iniunctis inde eis pro modo culpę pœnitentia ſalutari & aliis quæ de iure fuerint iniungēda, ac cum eis ſuper irregularitate,ſi quam propterea, & etiam quia cenſuras huiuſmodi ligati Miſſas & alia diuina officia celebrando, aut aliâs contraxerint.

Quódque ad omnes etiam ſacros & presbyteratus ordines promoueri, ac quæcunque, quotcunque, & qualiacũque beneficia eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, ſe inuicem compatientia,recipere:& illa ac per eos obtenta retinere poſsint,etiam diſpenſandi,omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam per eos eadem occaſione cōtractam penitus *Rehabilitādi ad bienium.*

abolendi.

Diſpenſandi cum male promotis

29 Ac quoſcunque per ſaltum vel furtiuè, aut aliâs minus ritè ad aliquos ſacros ordines promotos ab exceſſu quē propterea incurrerint, abſoluendi, & cum eis vt ad reliquos ordines ad quos promoti non fuerint, aliâs ritè promoueri liberè & licitè poſsint: ſimiliter diſpenſandi.

30 Abſoluendi quoq; omnes & ſingulos qui cuiuſcunque ſimoniæ labem, tam in beneficiis per eos habitis cuiuſcūq; qualitatis fuerint, quàm ordinibus per eos ſuſceptis, contraxerint: ab illa, & excommunicationis, aliiſque cenſuris & pœnis eccleſiaſticis quas propterea incurrerint, & ſuper irregularitate, ſi quam illi ligati Miſſas & alia diuina officia, non tamen in contemptum Clauium, celebrādo, ſeu aliâs, ſe immiſcendo, contraxe-

traxerint diſpenſandi, omnémq; inhabilitatis & infamiæ maculam ſimiliter per eos dicta occaſione.

31 Ac etiam ſi forſan aliqua beneficia eccleſiaſtica, curata vel aliâs incõpatibilia, contra conſtitutionem felicis recordationis Ioannis Papæ xxij. prędeceſſoris noſtri, quæ incipit: Execrabilis, detinuerint & detinẽt, tunc fructus ex eiſdem percipiendo, contractam abolendi, dictáque beneficia eis denuo conferendi.

32 Et eos qui parochiales vel alia beneficia eccleſiaſtica, presbyteratus vel alium ordinem requirentia vltra annum pacificè poſſederint, & ea poſtmodum ac tũc detinuerint, ac dictũ presbyteratus ordinem legitimo ceſſante impedimẽto, nulláque per eos deſuper diſpenſatione obtenta, non promoti, fructus etiam percipiendo *Abſoluendi Rectores parochialium non promotos ad ſacerdotium.*

abſoluẽdi, omnémque inhabilitatis & infamię maculam ſiue notam ſimiliter per eos dicta occaſione contractam tollendi & abolendi, eíſque de nouo de beneficiis prædictis ſic detentis prouidendi.

Abſoluendi eos qui clericos exceſſerunt.

33 Ac quoſcunque qui in Clericos & Presbyteros, citra tamen membri mutilationem vel mortẽ, manus violentas temerè iniecerint, ab excõmunicationis ſententia quam propterea incurrerint, ſi hoc humiliter petierīt.

A Militia.

34 Et etiam illos qui etiam tempore bellorũ illis intereſſẽdo, & alias rapinas, ſacrilegia facta, & alia mala perpetrauerint, debita ſatisfactione pręuia.

Ab omiſſione horarum.

35 Et etiam illos qui horas Canonicas omiſerint, ſeu debito tẽpore non recitauerint, aut inaduertenter dixerint, cuiuſcunque qualitatis, ordinis

&

& conditionis fuerint, ab exceſsibus & omiſsionibus huiuſmodi reſpectiuè.

36 Necnon quoſcunque religioſos ordinum quorumque, qui ob ſui habitus non delationem, aut aliâs, reatũ Apoſtaſiæ incurrerint, ab illo ac etiã excommunicationis, aliiſque ſimilibus cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, quas propterea, etiam iuxta inſtituta ſuorum ordinum regularia incurrerint, abſoluendi. *Ab apoſtaſia.*

37 Ac ſuper irregularitate quacũq;, præterquam homicidij voluntarij, aut bigamię quouis modo, etiam per ſententiam ſanguinis & vltimi ſupplicij inde ſequuti, aut mutilationis membrorũ cõtracta, ad omnes etiam ſacros ordines (citra tamen altaris miniſterium) & ad Dignitates & Beneficia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine *Ab irregularitate.*

cura, quæcunque, quotcũque, & qualiacunque ſe inuicem compatientia, etiam (vt præfertur) qualificata, aliâs eis canonicè cõferenda, diſpenſandi.

Omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notam, etiam inde contractam penitus abolendi.

Abſoluendi falſarios, ſciſmaticos, hæreticos, vſurarios, raptores.

38 Ac contra quoſcunque tam Eccleſiaſticos, etiã exemptos, quàm Laicos literarum Apoſtolicarum & ſupplicationum, ac commiſsionum falſarios, ſchiſmaticos, hęreticos, vſurarios, raptores, & aliorum quoruncũque criminum ad forum Eccleſiaſticum pertinentium reos, cuiuſcũque Dignitatis, Status, Gradus, Ordinis & conditionis exiſtentes, inquirendi, & procedẽdi. Ac reos iuxta criminum & exceſsionum exigentiã, prout Canonicæ ſanctiones requirunt, & tuæ videbitur conſcientiæ expedire, puniendi.

niendi. Contradictores quoſlibet & rebelles per cēſuram Eccleſiaſticā & alia iuris remedia appellatione poſtpoſita compeſcēdi. Et, ſi opus fuerit, auxilium brachij ſecularis, inuocandi, ſeu præmiſſa fieri faciendi. Et ſi ad cor reuerſi ſuum errorē recognouerint, ac de præmiſsis doluerīt, idq; humiliter poſtulauerint, ſeu ſuper eo ſupplicauerint, & tibi videbitur, eos à criminibus & exceſsibus, ac ſentētiis, cenſuris, & pœnis huiuſmodi, quas propterea incurrerint, abſoluendi. Ac cum eis ad Ordines, Honores & Dignitates, ac etiam Beneficia eccleſiaſtica quæcunque, quotcūque & qualiacunque, diſpenſandi, eóſq; in priſtinum ſtatum reſtituēdi, reponendi, & plenariè reintegrandi.

In contradictores.

Abſoluendi reſipiſcentes.

Reintegrādi in ſtatum.

Omnémque inhabilitatis & infamiæ maculam ſiue notā per eos præ-

miſſorum occaſione contractã, etiam penitus abolendi, Et cum dictis vſurariis ſuper malè ablatis incertis diſpenſandi.

Diſpenſandi ſuper malè ablatis.

Viſitandi Monaſteria & alia loca.

39 Ac Eccleſias, Monaſteria, domos, vniuerſitates, collegia, & pia loca quæcunque, etiam exẽpta, & Sedi prædictæ immediatè ſubiecta, per te vel alium, ſeu alios idoneos viſitãdi, & quæ ex eis correctione & emendatione tam in ſpiritualibus quàm temporalibus indigere cognoueris, tam in capite quàm in membris reformãdi, prout ſecundum Deũ & canonicas ſanctiones, & regularum ſuarum inſtituta noueris expedire.

Confirmãdi & reformandi ſtatuta Eccleſiarũ et aliorum locorum.

40 Ac quæcunque ſtatuta & ordinationes eccleſiarum & vniuerſitatum, etiam ſtudiorum generalium, monaſteriorum, ordinum & conuentuum, ac cõgregationum, quæ tamen libertatem

libertatem Eccleſiaſticam non offen dant,aut illi derogent, vel repugnẽt, confirmandi & approbendi.

Supplendique omnes & ſingulos iuris & facti defectus, ſi qui forſan interuenerint in eiſdem, illáque (ſi tibi videbitur expedire) moderandi, corrigendi,addendi & in melius (iuxta ipſarum exigentiã) reformandi. *Supplẽdi defectus.*

41 Necnon quotquot tibi videbitur in noſtros & dictæ Sedis Accolytos, Capellanos & Notarios dicta Apoſtolica auctoritate recipiendi,& aliorum noſtrorum & eiuſdẽ Sedis Accolytorum,Capellanorum,ac Notariorum numero & conſortio fauorabiliter aggregandi,ac eis etiam ſi Notarij ipſi habitum &Rochetum per Notarios Sedis eiuſdem geſtari ſolitum non deferant. Nihilominus quod omnibus & ſingulis priuilegiis, exẽ- *Creãdi accolitos, capellanos, Notarios.* *Cum priuilegiis aliorum accolitorum. &c.*

ptionibus, prærogatiuis, honoribus, gratiis, fauoribus & indultis gaudeāt & vtantur, quibus gaudent & vtuntur, ac vti, potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum alij noſtri & dictæ Sedis Accolyti, Capellani, ac Notarij, reſpectiuè concedēdi, exhibendi quoque ſeu exhiberi faciendi eis inſignia Notariatus huiuſmodi, recepto tamen priùs ab eis ſolito iuramento.

Teſtandi licentia.

42 Ac quibuſuis perſonis Eccleſiaſticis, etiam Prælatis ſecularibus & regularibus vtriuſque ſexus licentiam teſtādi de quibuſuis bonis ſuis iuxta formam Quinterni Cancellariæ huiuſmodi, & aliâs quomodolibet, dummodo bona ipſa ratione Prælaturarum ſeu beneficiorum extra limites tuæ legationis ſituatorum acquiſita non ſint.

Ac

43 Ac conſeruatoriam ad vitam pro familiaribus tuis,continuis commenſalibus,& aliis perſonis Eccleſiaſticis Secularibus & Regularibus,.necnon Monaſteriis, Conuẽtibus,& locis Eccleſiaſticis cum commiſsione,omnibus & ſingulis Archiepiſcopis, Epiſcopis,& aliis in Dignitate eccleſiaſtica cõſtitutis facienda, iuxta formam in Quinterno prædicto annotatam, concedendi. *Cõcedendi conſeruatoriam.*

44 Necnõ eiſdem familiaribus tuis omnia & ſingula beneficia Eccleſiaſtica,cum cura& ſine cura,Secularia, & quorũuis ordinum Regularia, per eos etiam ex quibuſuis conceſsionibus & diſpenſationibus Apoſtolicis in titulum vel commẽdam pro tempore obtenta,in manibus quorũcũq; ordinariorum,locorum,aut Canonicorum Metropolitanorũ, vel aliarũ *Concedẽdi licentiam familiaribus reſignãdi ſua beneficia in manibus quorumcunq; Ordinariorum & canonicorũ.*

Cathedralium eccleſiarum,ſeu perſonarum in Dignitate eccleſiaſtica conſtitutarũ,per eos eligendarũ ſimpliciter vel ex cauſa permutationis pro alio vel aliis ſimili vel diſsimili,aut ſimilibus vel diſsimilibus beneficio ſeu beneficiis ſimul vel ſucceſsiuè reſignãdi,ſeu quæ in cõmendam obtinuerint,cõmendis huiuſmodi cedendi.Et Ordinariis ſeu Canonicis & perſonis in dignitate cõſtitutis, prædictis,Reſignationes ſimpliciter vel ex eadẽ cauſa,necnõ commẽdarum ceſſiones huiuſmodi extra eãdẽ Curiã Apoſtolica auctoritate prædicta admittendi, & ea quæ ſimpliciter reſignauerint, ſeu quorum commendis ceſſerint, quibuſuis perſonis, etiam quæcunque beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus & expectantibus.Quæ verò ex cauſa permutationis reſignauerint

uerint beneficia huiuſmodi, etiã (vt præmittitur) qualificata, & ex quauis cauſa diſpoſitioni Apoſtolicę generaliter reſeruata, ſeu affecta fuerint, eiſdem familiaribus tuis eadem authoritate, cõferendi, & de illis etiam promouendi, ſeu beneficia commendis huiuſmodi ceſſantibus (vt præfertur) tunc vacantia illis per eos quoad vixerint, etiam vnà cum omnibus & ſingulis Beneficiis Eccleſiaſticis compatibilibus per eos obtentis & obtinẽdis, & aliâs, iuxta diſpenſationum Apoſtolicarũ eis deſuper cõceſſarum regenda & gubernanda commendandi.

45 Ac quæcunque alia in præmiſſis & circa ea neceſſaria & opportuna faciendi & exequendi licentiam & facultatem concedendi.

46 Ac etiam per te vel alium, ſeu

Admittē-di reſignationes, permutationes & ceſſiones. alios quorumcunque beneficiorum Eccleſiaſticorum, cum cura & ſine cura, ſecularium, & regularium etiam (vt prefertur) qualificatorum, etiam ſi dictæ Sedi ex quauis cauſa, ſpecialiter vel generaliter reſeruata fuerint, reſignationis ſimpliciter, vel etiã ex cauſa permutationis, ac commendatorum, & tam in Curia prædicta quàm extra eam litigioſorum beneficiorũ huiuſmodi, necnõ litis & cauſæ, ac iuris & commandarum huiuſmodi ceſsiones recipiendi.

Aduocandi et extinguẽdi lites. 47 Et quoad cedẽtes tantum, ſeu de conſenſu eorum quorũ intererit cauſas deſuper pendẽtes aduocãdi, & lites huiuſmodi penitus extinguendi.

Diſſoluẽdi vniones. 48 Necnon vniones, annexiones & incorporationes perpetuas vel temporales, etiam menſis cathedralibus, Abbatialibus, Capitularibus, Cõuentualibus,

tualibus,&beneficiis quibuſcũq; perpetuò vel ad vitã,aut aliâs factas, etiã perpetuò vel ad tempus diſſoluendi,
49 Dictáque beneficia tam ſimpliciter quàm ex eadẽ cauſa, ac per diſſolutionem vnionis, annexionis & incorporationis huiuſmodi, & alia quæcunque,quotcunque, & qualiacunque, etiam per obitum, ſeu aliâs quouis modo extra dictam Curiam infra limites dictæ Legationis, ſiue prouinciæ ad quã eundo vel redeũdo te peruenire contigerit.

Et quoad tuos familiares, cõtinuos commenſales, etiã extra,dictos limites vbicũq; exiſtentes vacãtia & vacatura,dummodo illa quæ per obitum vacauerint,ratione familiaritatis cõtinuæ commenſalitatis noſtræ, vel alicuius Cardinalis viuentis,generaliter reſeruata non fuerint.

Cõferendi quæcũq; beneficia familiaribus & cõmenſalibus.

Ac etiam ſi de iure patronatus laicorum ac dignitates maiores & principales,& beneficia,etiam regularia, manualia , & aliâs quomodolibet qualificata extiterint, perſonis idoneis,etiã quæcunque, quotcũque , & qualiacũque Beneficia Eccleſiaſtica obtinentibus & expectantibus , ſecularibus vel regularibus conferendi.

Prouidiendi de Monaſteriis nõ taxatis.

50 Ac Monaſteriis tam virorũ quàm mulierum , ordinum quorumcũque legationis prædictæ,quorum tamen virorum fructus,redditus, & prouentus in libris Cameræ Apoſtolicæ taxati non ſint, aut ducentorum florenorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationẽ valorem, annuũ non excedant, nunc & pro tẽpore vacãtibus de Abbatibus & abbatiſsis prouidendi:ac in Abbates & & Abbatiſſas præficiendi.

Necnon

51 Necnon Monaſteria & beneficia huiuſmodi quæ ſolita fuerint commendari, ſeu commendis de illis anteà factis tunc ceſſantibus quibuſuis per eos ad vitam vel ad tempus, tenẽda, regenda & gubernanda cõmendandi. Ita quòd liceat tam eis quàm etiam omnibus & ſingulis aliis ſupradictis debitis & conſuetis Monaſteriorum & aliorum beneficiorum in commendam, etiam vigore diſpẽſationum per te, vt præfertur, cõcedendarum, retinendorum, huiuſmodi ſupportatis oneribus de reſiduis illorum fructibus, reddibus, & prouentibus, diſponere & ordinare, ſicuti illa pro tempore in titulum obtinentes de illis diſponere & ordinare potuerunt, ſeu etiam debuerunt. Alienatione tamen quorumcunque bonorum immobilium & pretioſo- *Commendandi Monaſteria.*

rum mobilium, Monaſteriorum & Beneficiorum in commendam retinendorum prædictorum, eis penitus interdicta.

Necnon curam, regimen & adminiſtrationem Monaſteriorũ eorundem in Spiritualibus & Temporalibus plenariè committendi.

Surrogandi in iure. 52 Eaſdémque perſonas, dummodo intruſi non fuerint in omni iure & ad omne ius quod ipſis cedentibus vel defunctis in illis vel ad illa quomodolibet competebat, ſurrogandi, iúſque ipſum illis cõcedendi, ac eoſdem ad huiuſmodi ius, necnõ eius, ac litis & cauſæ proſecutionẽ & defenſionem in eo ſtatu in quo ipſi cedentes vel defuncti tempore ceſsionis vel obitus huiuſmodi erant, & ſi non ceſsiſſent vel non obiiſſent, poſſent & deberẽt admitti, etiam quoad poſſeſ-

poſſeſsionem admittendi. Et ſi per e-
uentum litis huiuſmodi conſtiterit
neutri ſeu nulli ius cōpetere, illa eis
etiam tu ſibi gratificando adiudican
di & adiudicari debere decernendi.

53 Necnon quæcūque beneficia Ec- *Vniendi beneficia.*
cleſiaſtica, ſecularia & regularia, Epi-
ſcopalibus, Abbatialibus, Capitulari
bus, & Conuentualibus Menſis, ac a-
liis Beneficiis huiuſmodi inuicem,
vel aliâs etiam perpetuò vel ad tem-
pus vniendi, annectendi, & incorpo
randi.

54 Ac in quibuſuis Cathedralibus,
etiam Metropolitanis ac Collegiatis
Eccleſiis, Canonicatus & Præbendas,
Dignitates, Perſonatus, Adminiſtra-
tiones, & Officia, aliáq; beneficia Ec-
cleſiaſtica, necnō Parochiales, & alias
Eccleſias in Collegiatas ac Monaſte-
ria tam virorum quàm mulierum cu

iuſcunque ordinis, cum omnibus & ſingulis inſigniis,& aliis neceſſariis.

Ac cum decreto quòd illa in titulum beneficij Eccleſiaſtici erigi ſeu impetrari non poſsint.

Erigendi oratoria, cõfraternitates. Oratoria, Cõfraternitates, Hoſpitalia,& alia loca pia erigendi & inſtituẽdi,ac bona etiam Eccleſiaſtica pro eorum dote eis perpetuò applicandi & appropriandi.

Condendi ſtatuta. 55 Ac quęcunque ſtatuta,ordinationes & Decreta licita & honeſta, ac ſacris Canonibus non contraria condendi,facultatem concedendi.

Prorogandi executionem teſtamẽtorum. 56 Necnon tempus præfixum executoribus vltimarum voluntatum ad illas exequendum prorogandi.

57 Ipſáſque teſtantiũ voluntates in alios pios vſus commutandi.

58 Ac quaſcunque concordias,necnon conuentiones & tractatus,etiam

in

in Beneficialibus, qui tibi honeſti videbuntur cum ſuppletione quoruncunque defectuum iuris & facti approbandi & confirmandi, ac etiam ſub cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis, cæteríſque iuris & facti remediis opportunis firmiter obſeruari debere decernendi.

59 Necnon Canonicos ſupernumerarios in quibuſuis Cathedralibus, etiam Metropolitanis, & Collegiatis Eccleſiis, ad effectum inibi obtinendi Dignitates, Perſonatus, Adminiſtrationes, & Officia duntaxat creandi, eíſque Canonicatum ſingularum Eccleſiarum earundem ad huiuſmodi effectũ cum plenitudine iuris Canonici conferendi, & de illo etiam prouidendi. *Creandi Canonicos ſupernumerarios.*

60 Et ad executionem ſententiarum rei iudicatæ, necnon ad proſecutio- *Admittẽdi executionem ſentẽtiarum.*

nem literarum executorialiũ & cenſurarum in fauorem Reſignantium, ſeu cedentiũ in auditorio noſtri palatij, ſeu alibi vbicunque latarum & decretarum, illos in quorũ fauorem reſignauerint vel ceſſerint, admittendi, ſeu admitti faciendi & mandãdi.

Et ad vlteriorem executionẽ vſq; ad realem paritionem contra quoſcunque, etiam Pontificali præditos Dignitate, procedendi.

Habendi pro expreſſo verũ vacationis vltimum. modum.

61 Ac verum & vltimũ vacationis modum, etiam ſi ex eo quæuis generalis reſeruatio, etiam in corpore iuris clauſa reſultet, pro expreſſo habendi.

Aßignandi penſiones.

62 Et ſuper illorum & quoruncũq; aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum fructibus, redditibus, & prouentibus quaſcunque penſiones annuas, etiam ab omni & quocunque onere

exem-

exemptas,non tamẽ medietatem fru-ctuum,reddituum, & prouentuũ huiuſmodi excedentes.

63 Ac fructus,redditus & prouentus huiuſmodi vſque ad dictam medietatem loco ſimilis penſionis prædictis reſignantibus vel cedentibus, aut aliis perſonis, tam ſecularibus quàm regularibus, quoad vixerint, per prędicta beneficia in titulum vel commendam, aut aliâs pro tempore obtinentes, & eorum ſucceſſores annis ſingulis in locis & terminis, ac ſub excommunicationis ſentẽtia & priuationis,aliiſque cenſuris,& pœnis Eccleſiaſticis in talibus apponi ſolitis,integrè perſoluendas.

64 Seu fructus,redditus,& prouentus huiuſmodi per eas quoad vixerĩt vel alium ſeu alios earũ nomine propria auctoritate percipiẽdos,exigen-

dos,& leuandos,& aliâs in forma ſolita reſeruandi,conſtituendi,concedendi,& aſsignandi.

Indulgendi regreſſum ad beneficia.

65 Eiſque vt ob nō ſolutionem vel inualidam aſsignationem earū liceat ipſis ad beneficia huiuſmodi liberū habere regreſſum,ſeu acceſſum,& ingreſſum,cum clauſulis conſuetis indulgendi.

Caſſandi penſiones.

66 Ac eaſdem & alias hactenus & deinceps reſeruatas & reſeruandas penſiones, fructuúmque reſeruationes,etiam anticipata ſolutione antiquorum terminorum de conſenſu, caſſandi,extinguendi & annullādi.

Transſerendi pēſiones.

67 Ac quoad illos qui transferendi facultatē habuerint eaſdem penſiones & fructus de eorū cōſenſu etiam in quoſcunque per eos nominatos transferendi.

Habendi penſiones pro intimatis.

68 Et tam de nouo reſeruādis quàm transfe-

transferendis penſionibus & fructibus huiuſmodi clauſulam, quòd earum literæ per te concedendæ pro intimatis habeantur. Et de conſenſu illorum qui ſoluere habebunt, apponendi.

69 Perſonas quoque prædictas ad effectum omnium & ſingularum gratiarum prædictarum, quas pro tempore per te eis concedi contigerit, duntaxat conſequendum ab omnibus & ſingulis excommunicationis, ſuſpẽſionis & interdicti, aliiſque Eccleſiaſticis ſentẽtiis, cẽſuris, & pœnis à iure vel ab homine quauis occaſione vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati fuerint, etiam ſi in eis ex quacunque, non tamen vltra annum, inſorduerint, abſoluendi, & abſolutos fore cenſendi. *Abſolutio à cenſuris ad effectu.*

70 Necnon omnia & ſingula benefi-

Habendi beneficia obtenta, pro expreſſis.

cia Eccleſiaſtica, cum cura & ſine cura, quæ etiam ex quibuſuis diſpenſationibus Apoſtolicis tũc obtinebũt & expectabũt, ac in quibus & ad quę eis ius quomodolibet competierit, quæcunque, quotcũque, & qualiacũque fuerint, eorúmque fructuum, reddituum, & prouẽtuum, veros annuos valores, ac huiuſmodi diſpenſationum tenores in literis pro ſufficienter expreſsis, abſque eo quòd de illis vel eorum aliquo mentionem facere teneãtur, aut propter nõ factam mentionem ipſam literæ per te concedendæ ſurreptionis aut nullitatis vitio ſubiacere cenſeantur habendi.

Suſpendendi gratias expectatiuas, reſeruationes, vniones, mandata Apoſtolica.

71 Necnon quaſcunque gratias, expectatiuas, ſpeciales reſeruationes, vniones, annexiones & incorporationes, nominationes, nominãdi & conferendi

ferendi facultates, & mãdata per nos & Sedem prædictã, aut Legatos eiuſdem in fauorem quaruncũque perſonarum, etiam cuiuſcunque Dignitatis, Status, Gradus, ordinis vel conditionis, etiam Cardinalatus honore fulgentium, ſub quibuſuis verborũ formis ac clauſulis, etiam derogatoriis, fortioribus, efficacioribus & inſolitis, etiam motu proprio & ex certa ſcientia, ac quauis conſideratione, intuitu vel reſpectu, etiam quantumcũque grandi & inexcogitabili, etiã Regum, Reginarũ, aliorúmque Principum & Prælatorum factas & conceſſas, ac faciẽdas & cõcedẽdas in poſterum, illorúmque vim & effectum, quoad reſignationes & ceſsiones in manibus tuis pro tempore faciendis duntaxat, omnino ſuſpendendi.

Cõcedẽdi indulgẽtias.

72 Ac viſitantibus in duabus vel tri

Decem annorum, & de. ẽ quadragenarũ viſitãtibus quaſcũque eccleſias.

bus feſtiuitatibus duntaxat, quaſcunque Eccleſias, ſeculares vel regulares, necnon hoſpitalia, aut alia religioſa loca, & pro illorum fabrica ſeu conſeruatione & inſtauratione eorũdẽ, aut redemptione captiuorũ manus porrigentibus adiutrices, decem annos & totidem quadragenas vel infra huiuſmodi tempus quod tibi videbitur, de iniunctis pœnitentiis miſericorditer in domino relaxandi, ita quòd perpetuò vel ad tempus (prout tibi videbitur) durare debeãt: ſic tamen quòd relaxatio huiuſmodi non niſi ſemel pro vna Eccleſia vel loco fieri poſsit.

Cõcedendi indulgentias ſtationum vrbis

73 Necnon quibuſcunque perſonis vt quadrageſimalibus, aliiſque anni temporibus & diebus ſtationũ Baſilicarum, & aliarum Eccleſiarum vrbis & extra illius muros, vnã vel duas

Eccle-

Eccleſias,aut duo vel tria altaria Eccleſiæ vel Eccleſiarũ,locorum in qui bus eas pro tempore ſtare,vel morari contigerit, deuotè viſitando, omnes & ſingulas indulgẽtias, etiam plenarias,& peccatorum remiſsiones conſequãtur, quas conſequerẽtur ſi Baſilicas & alias Eccleſias vrbis & extra il lius muros huiuſmodi perſonaliter viſitaſſent,& quæ pro illis cõſequendis neceſſaria ſunt adĩpleuiſſent, elargiendi.

74 Ac quibuſuis perſonis vt bona immobilia Monaſteriorum, Dignitatum,Prioratuum,adminiſtrationũ & officiorum,aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorum,quæ tunc ſeu durante Legatione huiuſmodi obti nebunt,in euidentem eorum vtilitatem permutare, ſeu perpetuò vel ad tempus locare,aut in feudum emphi *Concedendi licentiã locandi & alienãdi in euidentem vtiitatem eccleſiarũ.*

teoſim,cenſum vel affictum cõcedere aut vendere,valeant.

Trãsferendi religioſos.

75 Necnon Regularibus perſonis vtriuſque ſexus, vt de eorum Monaſteriis,domibus & locis ad illa Monaſteria, domos & loca,etiam aliorũ ordinum in quibus par aut arctior vigeat obſeruantia regularis, & beneuolos inuenerint receptores,ſe tranſferre,& noua loca recipere.

Concedendi licentiã fundandi Eccleſias, Manaſteria,& beneficia.

76 Ac perſonis quibuſlibet Eccleſias,Monaſteria,& domos huiuſmodi, etiam ordinum Mẽdicantium, & beneficia Eccleſiaſtica quæcũque de nouo fundare & dotare, & collapſas reparare volẽtibus, vt illa in locis ad hoc honeſtis & commodis fundare, & dotare,ac reparare:& in fundatione huiuſmodi licita & honeſta onera illa pro tempore obtinentibus imponere valeant. Reſeruato eis &

Cum reſeruatione Iuriſpatronatus.

eorum

eorũ poſteris iurepatronatus, & præſentandi perſonam idoneam ad beneficia ſecularia, dum vacabũt, licẽtiam concedendi.

77 Ac locationes & alienationes de bonis immobilibus Eccleſiarum, Monaſteriorum, Prioratuũ adminiſtrationem, vel officiorum, aliorúmque beneficiorum Eccleſiaſticorũ factas, ſi in euidentem vtilitatẽ illorum ceſſerint, confirmandi & approbandi. Ac etiam ſingulos defectus, ſi qui interuenerint in eiſdem, vt præfertur, ſupplendi. *Confirmandi locationes & alienationes rerum Eccleſiaſticarum.*

78 Necnon Iuripatronatus Laicorũ ad effectum prouiſionum & cõmendarum, ac vnionum prædictarum ea vice pro medietate, & ſi beneficia ex cauſa permutationis vacauerint, vel lis ſuper eis pendeat, aut ius patronatus ex fundatione, vel dotatione ac- *Derogandi Iuripatronatus.*

quiſitum non ſit, ſeu illud Laicorum & Clericorum mixtim exiſtat, in totum derogandi.

Vtendi Pœnitentiarii poteſtate.

79 Ac omnia & ſingula quæ maior Pœnitētiarius noſter in dicta Curia ſpeciali vel alia ſibi conceſſa facultate quomodolibet facere poteſt & ſolitus eſt, & quæ aliâs in prædictis & circa ea neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet opportuna faciendi, mandandi, ordinandi, & decernendi, per te vel alium ſeu alios.

Interpretādi dubia.

80 Ac quæcunque dubia ſuper quibuſcunque præſentium literarū verbis & articulis quę forſan exoriri poſſent, auctoritate noſtra per teipſum, qui intētionis noſtræ cōſcius es, declarandi & dilucidandi, earum denique literarum clauſulas, ſenſus & quicquid ambiguitatis emerſerit, in eiſdem iuxta datam tibi à Domino

prouiden-

prouidentiam vice noſtra interpre-
tādi, & explanandi, & deſuper oppor
tunas literas, ſi opus fuerit, cōcedēdi,
plenam liberam, & omnimodam au-
ctoritate noſtra præfata, tenore præ-
ſentium concedimus facultatem.

81 Decernentes te omnibus & ſingu-
lis facultatibus prædictis in quibuſ-
cunque partibus, regnis, prouinciis,
terris, ciuitatibus & locis prædictis,
ac aliis ad quæ te declinare, ac etiam
morari contigerit, & cum perſonis
illorum & aliis vndecunque ad te ve
nientibus, ac familiaribus tuis, liberè
& licitè vti poſſe.

Vtendi facultatibus vbilibet & cū quibuſuis perſonis ad ſe vndecūque venientibus

82 Ac in prouiſionibus & aliis diſ-
poſitionibus de beneficiis & penſio-
nibus in tuis manibus reſignandis,
aliiſque gratiis per te auctoritate præ
ſentium, tuæque legationis faciendis
narratiuæ tuæ, abſque alia mandato-

rũ procurationũ exhibitione ſtari, nec alterius probationis adminiculũ requiri debere:nonobſtantibus defectibus & aliis præfatis, ac de certo Notariorum numero,etiam ſi ad illum nõdum deuentũ ſit, cui per hoc aliâs non intendimus derogare.

Derogandi cõſtitutionibus Conciliorum.

83 Ac generalis Lateranenſis,Vienenſis,Pictauienſis & vltimò celebrati Lateranenſis,ac aliorum conciliorum,necnon piæ memoriæ Innocentij iiij.contra exemptos, quæ incipit, Volẽtes, ac Bonifacij viij. Papæ,etiã de vna & de duabus dietis,ac quibuſuis aliis Apoſtolicis, necnon in Prouincialibus & Synodalibus Cõciliis. editis generalibus vel ſpecialibus, conſtitutionibus & ordinationibus.

Derogãdi omnibus Cancellariæ Apoſtolicæ regulis.

84 Ac Cancellariæ prædictæ regulis nullis prorſus exceptis. Statutis quoque & cõſuetudinibus Eccleſiarum,

Derogandi ſtatutis.

rum, Monaſteriorũ, Vniuerſitatum, Collegiorum, Ciuitatum & locorũ huiuſmodi,necnon ordinum quorũ cunque,etiam iuramento confirmatione Apoſtolica,vel quauis firmitate alia roboratis,etiã ſi de illis ſeruandis & non impetrandis literis contra illa & illis, etiam ab alio vel aliis impetratis,ſeu aliâs quouis modo conceſsis,non vtendo, perſonæ quibus indultum de percipiendis fructibus in abſentia huiuſmodi cõceſſum fuerit,præſtiterint:eatenus vel impoſterum forſan præſtare contigerit,iuramentum.

85 Ac quibuſuis priuilegiis & indultis Apoſtolicis generalibus vel ſpecialibus quorũcunq; etiam Ciſterciẽſis & Cluniacenſis ordinũ, quæ præmiſsis quouis modo obſtare videantur, per quę præſentibus nõ expreſſa *Derogandi priuilegiis & indultis.*

vel totaliter non inſerta effectus earũ impediri valeat, quomodolibet vel differri,& de quibus quorúmq; totis tenoribus de verbo ad verbũ habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis,quę quoad hoc noluimus cuiquã in aliquo ſuffragari. Quibuſq; omnibus & fundationibus quibuſcunque vbi & quando expediet, ſecundum rei & caſus exigentiam,in genere & in ſpecie,tam coniunctim quàm diuiſim, prout tibi placuerit, valeas derogare,ac ſuper his indulgere.

Facultas derogandi conſtitutionibus conciliorũ, & cancellariæ apoſtolicæ regulis, ac fundationibus.

86 Quódque aliqui ſuper prouiſionibus ſeu commendis ſibi faciendis de huiuſmodi vel aliis beneficiis Ecclesiaſticis in illis partibus generales vel ſpeciales dictæ Sedis vel Legatorum eius literas impetrarint, etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem & Decretum, vel aliâs quomo-

dolibet

dolibet ſit proceſſum: Quibus omni bus perſonas quibus per te de benefi ciis prædictis prouidebitur, in eorũ aſſecutione voluimus anteferri, ſed nullum per hoc eis quoad aſſecutionem beneficiorum aliorum præiudicium generari, Seu ſi locorum Ordinariis & Collatoribus, vel quibuſuis aliis communiter vel diuiſim ab eadem ſit Sede indultum, quod ad receptionem vel prouiſionem alicuius minimè teneantur, & ad id compelli aut quod interdici, ſuſpendi vel excommunicari non poſsint. Quódq; de huiuſmodi vel aliis beneficiis Ecclesiaſticis, ad eorum collationẽ, prouiſionem, pręſentationem, electionẽ, ſeu quamuis aliã diſpoſitionem, coniunctim vel ſeparatim, ſpectantibus nulli valeat prouideri, ſeu commenda fieri per literas Apoſtolicas, non

facientes plenam & expreſſam de ver bo ad verbum de indulto huiuſmodi mẽtionẽ. Et generaliter alia dictæ Sedis indulgẽtia generali vel ſpeciali, cuiuſcunque tenoris exiſtat, per quam præſentibus, necnõ literis per te earum vigore concedendis, non expreſſam vel totaliter non inſertam effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri. Et de qua cuiuſque toto tenore habenda ſit in noſtris literis mentio ſpecialis. Et quia difficile eſſet præſentes in ſingulis literis tuis ſuper præmiſsis concedendis inſeri, volumus & decernimus earum tranſumptis etiã per impreſsionem factis, & tuo ſigillo munitis, ac manu tui Secretarij aut regentis Cancellarię tuę ſubſcriptis, dictiſque literis tuis abſque earũdem præſentium in toto vel in parte inſertione, eam

vbique fidem in iudicio & extra adhiberi, quæ ipſis præſentibus adhiberetur ſi originaliter forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, quinto Cal. Iulij, Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Et au deſſoubz ſont eſcriptz ces motz, Fel. Cartis. Cæſius. Cæ. Glorierius. Et plus bas, F. de Lyon. Et au doz: Regiſtrata apud Cæſarem Secretarium. Et ſeellé de plomb ſur las de chanure.

EXTRAICT DES REGISTRES DE LA Court de Parlement.

VEVES PAR LA Court toutes les Chambres aſſemblées) les facultez contenues es bulles de la legation du Cardinal de Ferrare, Legat en Frãce, à luy octroyées par noſtre ſainct pere le Pape, enſemble les lettres patentes du Roy, données à ſainct Germain en Laye le vingtneuuieſme Octobre dernier, les concluſions du Procureur general du Roy, ouy le rapport & creance du ſeigneur du Mortier Cõſeillier dudict Seigneur en ſon conſeil priué, ſur la volunté d'iceluy Seigneur en ceſte part, & tout conſideré:

La Court

LAdicte Court a ordonné & ordonne que leſdictes bulles ſerõt leües, publiées & enregiſtrées, ſoubz les limitations, reſtrictions & modifications faictes par icelle Court aux facultez des legatiõs des Cardinaulx d'Amboyſe & Duprat, pour ioyr & vſer par ledict Cardinal Legat de ſadicte legatiõ, comme les deſſuſdictz Cardinaulx d'Amboyſe, & Duprat, tant qu'il plaira au Roy: à la charge que les Dattaire & Regiſtrateur de ladicte legation ſeront de la nation Françoiſe, gens reſidens en ceſte ville de Paris, qui ſeront tenuz au partement dudict Legat hors ce Royaume laiſſer les regiſtres des bulles, ſignatures, conſens, procures, & autres inſtrumens ſeruans pour l'expedition des deſpeſches de ladicte legation. Enſemble le ſeel, es mains d'vn

Conſeillier, Clerc de ladicte Court, qui ſera par elle nommé, & ſans le tirer en conſequence. Faict le x i x. iour de Ianuier l'an M. D. L X I.

Signé Dvtillet.

Lecta, publicata & regiſtrata, audito Procuratore generali Regis, ſub modificationibus, limitationibus & reſtrictionibus contentis in regiſtris Curiæ, factis ſuper verificationibus ſimilium literarum Cardinalibus de Ambaſia, & de Prato, conceſsis, & prout in arreſto eiuſdē Curiæ hodie iudicialiter lecto cōtinetur. Pariſiis in Parlamento nona die Februarij, anno domini milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo.

Sic ſignatum Dvtillet.

EXTRAICT DES REGIſtres de Parlement.

LA Court a permis & permet à Ian Dallier & Vincent Sertenas Libraires en l'Vniuerſité de Paris, imprimer & expoſer en vente les Bulles de la Legation du Cardinal de Ferrare, ce iourd'huy publiées en icelle, enſemble l'arreſt de ladicte Court, donné ſur la verification deſdictes Bulles: Et faict defenſes à tous Librairés, Imprimeurs & autres de ce reſſort de les imprimer iuſques à vn an, ſans le cōſentement des deſſuſdicts, ſur peine de tous deſpens, dommages & intereſts, & d'amende arbitraire. Faict en Parlement le neufieſme iour de Feurier, l'An M. D. LXI.

Signé DVTILLET.